Ms Mar F 256 / Danzig, Stadtbibliothek / immer sed !! a. 9

f. 135r Sp. 1. < Epistola Francisci poete ad Carolum Imperatorem regem Bohemie etc. > von anderer Hand rot in flüchtiger Kursive am oberen Rand.

Quo sepius care pater in memoriam redis, quamvis ut verum loquar, ex quo semel animum occupasti nunquam inde discesseris, sed hoc dicere volo, quo sepius curis omnibus reiectis in secreta parte animi tecum sum, eo magis inducor et mores tuos diligere et laudare propositum et ingenium admirari. In quam sententiam[1] unde venerim / si roger rem ut est effari breviter[2] non possum / patere[3] queso me altius ordiri et, quoniam tecum colloqui delectat, ad id quod destinavit ~~animus~~ animus, longiusculis[4] amfractibus pervenire. Romanorum igitur annales atque hystorias evolve et quod libentissime facis famosa veterum scripta perlustra quamvis ~~regnum~~ regium[5] nomen alibi magnum Rome sit[?] intollerabile quod superiorem illum[6] Affricanum dixisse refert Livius. Dabo tamen[6] inter ipsum populum Romanum regio sic infestum nomini[13] regesque nonnullos exteros tantam benivolencie caritatem quanta vix inter populum et optime numeratos[8] (meriatos) ac ~~et~~ preclaros cives visa umquam (!) aut lecta est. Multorum nempe civium erga patriam ardens ac ~~et~~ perpetua pietas fuit, ac partes amicicie si requirimus non constabunt possem exemplis affluere. Sed ne forte notissimorum IN CULTATE fastidium pariat paucis agam. Quod[9] non fecit Affricanus ille,

1) sententiam 4) breviter 3) patere 4) ~~[illegible]~~ 13: longiusculis : ~~[illegible]~~ 15) unterstrichen 6) tamen 7) unterstrichen

8) numeratos 9) D'q [= a?]

Bruch unsicher, vielleicht nur verwischt.